



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica


Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

II. & aetate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Hab. 1. 6.
buchodonosore Iudaem vixisse Habacucum, & vaticiniis inclaruuisse. Verum id argumentum infringit ipse commate sequenti, cum ait: *Ecce ego suscitabo Chaldaos: nondum ergo fuerant suscitatati, quos suscitarum se Deus prenuntiat. Sed & Ebraicum exemplar, non futurum habet, ἡγεμόνα faciam, sed Benoni ἡγεμόνα, quod Ebrais praesentis, quo carent, vice fungitur.* Itaque Septuaginta id redditum: *ἐγὼ ἐγὼ ἡγεμόνας ὀποίς εγώ σιτοῦμαι. Opus ego facio:*
Hier. in Hab. & Symmachius, juxta testimonium Hieronymi: *Opus sicut in diebus vestris.*

1. 3.

DE PROPHETIA SOPHONIÆ.

I. Disputatur de Sophonia patria & tribu, II. & etate. III. Probatur Prophetiae Sophonie veritas & antiquitas.

Disputatur de Sophonia patria & tribu,

Epiph. De Vit. Proph.

Doroth. De Vit. Proph.

2. Par. 4. 17.
Gen. 16. 14.

R. Aben Ezra,
& R. Dav.
Kimchi in
Soph. 1.

& etate.
Soph. 1. 1.
Hobbes. Leviticus
cap. 33.

2. Par. 14. 3.
Soph. 1. 4.

Soph. 1. 9.

4. Reg. 13. 4.
§. 6, 10.

I. **P**ROPHETIA SOPHONIA lemma hoc præfixum est: *Verbum Domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii Godolie, filii Amariae, filii Ezechiae, in diebus Josia filii Amon regis Iudea.* Inde Sophoniam vere Prophetam Dei fuisse cognoscimus; tum & quibus parentibus ortus sit, & quo tempore vixerit. Si patria ac tribus, unde prodit, fuisse appositæ, nihil ultra requireremus. Verum occurrit desiderio nostro suppositius ille Epiphanus, sæpe jam in partes vocatus, nam Sarathara monte ortum fuisse tradit. At sibi non constat in montis hujus nomine, ut neque in variis Libri illius locis Codicim fides; alii enim habent Baratha: Pseudo-Dorotheus scribit Sabarthara. An Sarathasar legendum, quem locum montanum fuisse intra terminos Rubenitice tribus discimus ex libro Iosua: an Saredatha, quem commemorant Paralipomena, & Sarthan esse volute quidam: an Barad, inter quem locum & Cades statuit Moses Puteum Agaris: Addit Epiphanus fuisse tribu Simeonitam, cum eum tamen Ezechiae regis Iuda ab nepotem, proindeque de tribu Iuda oriundum fuisse ratus sit Aben Ezra, auctor inter Ebreos non futilis: quam opinionem nec admittit, nec rejicit R. David Kimchi. Quibus argumentis hanc opinionem fecutus sit Aben Ezra, nescio; profecto tempora apte convenienti, neque alia videtur fuisse causa, cur initio Libelli hujus, non pater solum Sophonia sit appositus, sed explica. ta præterea stemmatis serie, genus ab hoc capite contra Scriptorum factorum, Prophetarumque omnium morem sit repetitum, quam ut clarissimo & sanctissimo parente prognatum fuisse Prophetam appareret, neque nobilitatis tam præclaræ & illustris honore fraudaretur. An ita senitus Cyrilus, cum fuisse eum ait *con amissu nō resūtū opere* Νόος, non ignobilem genere secundum carnem: an propter commemoratos proavos minime quidem ignobilem creditit, quod & R. Davidi Kimchi visum est, non vero regia stirpe ortum? Veri quidem id similius est, quam quod aliis ex eadem Ebreorum gente persuasum est, descripta hic fuisse ab abavo usque parentum nomina, quod Prophetæ essent; cum pro certo inter eos constet, quorumcumque Prophetarum nominantur in Codicibus sacris parentes, Prophetas & hos fuisse.

II. **A**tatis ipse suæ tempus cum definiverit Sophonias, Josia regnum Iudea tenente vaticinatum se dicens, satis pro merito culpare non possum Thomam Hobbesium, cum Prophetarum omnium antiquissimum Sophoniam, & Amasiam ac Osiam coxiuum facit. Eorum vero mihi impense probatur ratio, qui sub initia Josiae propheticum munus capessivisse ipsum affirmant, antequam profanos & sacrilegos idolorum cultus à Manasse inductos Josias fustulisset; quod in duodecimum ipsius annum ab initio regno Paralipomena conferunt. Flagitosos enim & impios Iudeorum ritus hac objurgatione arguit: *Extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem: & dispersam de loco hoc reliquias Baal, & nomina editiorum cum Sacerdotibus, & eos qui adorant super testa militiam cœli, & adorant, & jurant in Domino, & jurant in Melchom.* Dicinde: *Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa; qui complevit dominum Domini iniuriant & dolo.* Nempe hec ipsa sunt, quæ Josias præstinxit, ut discimus ex postremo Regum: *Præcepit Rex Helice Pontifici, & Sacerdotibus secundiorum, & janitoribus, & projecterunt de Templo Domini omnia vasorum, que facta fuerant Baal, & in luce, & universa militia cœli.* Tum: *Et delerunt eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Luna, & duodecim signis, & omni militia cœli, & efferriri fecerunt lucum de domo domini foras Ierusalem.* Dicinde: *Contaminavit quoque Topheth, quod est in corvalla filii Ennon, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch.* Verumtamen, ne sic quidem elitis penitus impietas radicibus, novis ipsis commonitionibus Jeremias idemtideum urgebat: sed ita tamen ut non tanquam hujus temporis noxas, sed tanquam vetera

PROPOSITIO IV.

249

vetera flagitia fere ipsis objiceret. Quid, inquit, invenerunt patres vestri in me iniqui- Jer. 1, 5.
tatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt? Et pau- Jer. 2, 20.
lopolt: A seculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non serviam. In
omni enim colle sublimi, & sub omni ligne frondoſo tu prefernebaris mererix. Deinde: Po- Jer. 1, 31, &
plus meu oblitus est mi diebus innumeris. Tum: Fornicata es cum amatoribus multis. In 3, 1.
vix sedebas expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis,
& in malitiis tuis. Quanto aliter Sophonias: non pristina quidem recolens facinora,
sed tanquam in flagranti deprehensor facinore increpans: Differdam de loco hoc reli- Soph. 1, 4, 5, 9.
quias Baal, & nomina editiorum cum Sacerdotibus, & eos qui adorant super tecta militiam
cali, & adorant, & jurant in Domino, & jurant in Melchom. Visitabo super omnem qui
arroganter ingreditur super lumen in die illa, qui complent dominum Domini iniquitate & dolo.
Nempe hæc in re præsentí *μητέρας οὐδείς*, priusquam Josias violatam religionem repa-
rasset, ablatis sceleraris ceremoniis: quod, ut dixi, duodecimo post capessitum re-
gnum anno facere instituit. Verum cum inolitum morem tollere haud ita promptum
esset, & post multos annos antiquæ consuetudinis vestigia superercent, instabat Jere-
mias, ut quod coacti à Josia fecerant Judæi, id sponte jam præstarent: *Non est*, inquit, Jer. 3, 10,
reversa ad me prævaricatrix *Juda* in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. Constat
itaque nondum avitam impietatem abolevisse Josiam, cum hæc Sophonias vaticinare-
arque inde licet prædictionis illius ætatem ante duodecimum Josiæ annum liquido sta-
tuere, proindeque & ante Jeremias prophetiam, qua à decimo tertio Josiæ anno
ducit initium.

III. Quare & dicta quedam Sophonias videmus subinde Jeremiam & Ezechie. *Probatur*
leū usurpatæ. Ait Sophonias: Audiri opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon, Prophetia
qua exprobaverunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea vivo Sophonias zeno-
ego, dicit Dominus exercituum Deus Israël, quia Moab ut Sodoma erit, & filii Ammon quasi ^{non.} & ani-
Gomorrha, siccitas spinarum, & acervi satis, & desertum usque in eternum, reliqua populi quitas.
mei diripiens eos, & residui gentis meæ possidendum illos: inde Jeremias: *Audivimus super-* So. b. 2, 8, 9.
biam Moab; *superbus est valde*; *sublimitatem ejus*, & *arrogantium*, & *superbiam*, & *alti-*
tudinem *cordis ejus*. *Ego scio*, ait Dominus, *jactantiam ejus*, & *quæ non sit juxta eam*
virtus ejus, nec *juxta quod poterat* *conata sit facere*. *Ideo super Moab ejulabo*, & *ad Moab*
universam clamabo, *ad viros muri scilicet lamentantes*: *indidem* & *Ezechiel*: *Ei dices ad* Ezech. 25, 1,
filios Ammon, *Audite verbum Domini Dei*, *Hac dicit Dominus Deus*: *Pro eo quod dixisti*: & seq.
Euge, euge super sanctuarium meum, *quia pollutum est*, & *super terram Israël*, *quoniam de-*
solata est, & *super domum Juda*, *quoniam dulci sunt in captivitatem*. *Idcirco ego tradam te*
filii Orientalibus in hereditatem, & *collocabunt caulas suas in te*, & *ponent in te tentoria*
sua. *Pressius etiam Sophonias vestigia fecerunt* Ezechiel cum ait: *Argentum eorum & au-* Ezech. 7, 19.
rum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini; *animam suam non susurabunt*, &
ventres eorum non implebuntur, *quia scandalum iniquitatis eorum factum est*: *quid enim*
hæc distant iſi Sophonias: *Sed & argentum eorum*, & *aurum eorum non potest liberare* Soph. 1, 18.
eos in die ira Domini: *in igne zeli ejus devorabitur omnis terra*, *quia consummationem cum*
festinatione facit cunctis habitantibus terram. *Cum ait Ezechiel: Sacerdotes ejus contem-* Ezech. 22, 26,
ferunt Legem meam, & *polluerunt sanctuaria mea*; *inter sanctum & profanum non habue-* 27, 28.
runt distantiā, & *inter pollutum & mundum non intellexerunt*, & *à Sabbathis meis aver-*
terunt oculos suos, & *coinquinabar in medio eorum*: *principes ejus in medio illius*, *quasi lupi*
rapientes predam ad effundendum sanguinem, & *ad perendas animas*, & *avare ad scanda-*
laria: *Propheta autem ejus liniebat eos absque temperamento*, *videntes vanam*, & *divinan-*
tes eis mendacium, *dicentes*, *Hac dicit Dominus Deus*, *cum Dominus non sit locutus*: *non-*
ne hæc Sophonias referre voluit: *Principes ejus (Jerusalem) in medio ejus quasi le-* Soph. 3, 3, 4.
nes rugientes; *judices ejus lupi vespere non relinquebant in mane*: *Propheta ejus vesani*,
viri infideles: *Sacerdotes ejus polluerunt sanctum*, *injuste egerunt contra legem*. *Sed & ad*
locum quemdam è Michæa tertio capite, *quem indicavi supra*, *videtur illic re-*
spexisse.

